

iplo qui nascet que fecit dñs. Psalmus
dauid.

XXII

Dominus regit me et nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Super aquam refecti onis educauit me: aiam meam conuertit. Reduxit me super semitas iusticie: propter nomen suum. Nam et si ambulauero in medio umbræ mortis non timebo mala: quoniam tu mecum es. Virga tua et baculus tuus: ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum: et calix meus inebrians quasi preda est. Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus uite mee. Et ut inhabitem in domo domini: in longitudine dierum. Psalmus dauid in prima sabbati.

XXIII

Domini est terra et plenitudo eius orbis terrarum et uniuersus qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum: et super flumina preparauit eum. Quis ascendet in montem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus et mundo corde: qui non accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo. Sic accipiet benedictionem a domino: et misericordiam a deo salutari suo. Hec est generatio querentium eum: querentium faciem dei iacob. Attollite portas principes vestras et eleuamini porte eternales: et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? Dominus fortis et potens: dominus potens in prelio. Attollite portas principes vestras: et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. Quis est iste rex glorie? Dominus virtutum ipse est rex glorie. In fine psalmus dauid.

XXIII

Ad te domine leuavi animam meam deus meus in te confido non erubescam. Neque irideant me inimici mei: etenim uniuersi qui sustinent te non confundentur. Confundantur omnes

iniqua agentes: supernacue. Quas tuas domine demostira mihi: et semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua et doce me: quia tu es saluator meus: et te sustinui tota die. Reminiscere miserationum tuarum domine: et misericordiarum tuarum que a seculo sunt. Delicta iuuentutis mee et ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam tuam memero me: tu: propter bonitatem tuam domine. Dulcis et rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via. Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Uniuerse uie domini misericordia et ueritas requirentibus testamentum eius et testimonia eius. Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum est enim. Quis est homo qui timeret dominum: legem statuit ei in uia quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur: et semen eius hereditabit terram. Firmamentum est dominus timentibus eum: et testamentum ipsius uis manifestetur illis. Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me et miserere mei: quia unicus et pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam et laborem meum: et dimitte uniuersa delicta mea. Respice in inimicos meos: quoniam multiplicati sunt: et odio iniquo oderunt me. Custodi aiam meam et erue me: non erubescam quoniam speraui in te. Innocentes et recti adhaeserunt mihi: quia sustinui te. Libera deus israel: et omnibus tribulationibus suis. Psalmus dauid.

XXV

Aldica me domine quoniam ego in incertum mea ingressus sum: et in domino sperans non infirmabor. Proba me domine et tempta me: et renes meos et cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est et complacuit in ueritate tua. Non sedi cum concilio uanitatis: et cum inimicis gerentibus non introibo. Quia diu ecclesiam malignantium: et